

H.F.u.f. 80^a (106²/₂)

DE CONJUGATIONE

LATINI VERBI « DARE »

A

JAMES DARMESTETER



LUTETIAE PARISIORUM

APUD BIBLIOPOLAM F. VIEWEG

VIA RICHELIEU, 67

1876

CHARLES W. FINE

EMILIO EGGER

JOHN W. FINE

INDEX RERUM.

Praefatio.

- I. Cur *a* in conjugatione verbi *dare* sit brevis.
 - § 1. *a* in conjugatione verbi *dare* est brevis.
 - § 2. De conjugatione *directa*; hanc sequitur radix *dā*.
 - § 3. *Do* (et *dās*?) per ἀναλογία inductum est.
- II. Cur composita verbi *dare* tertiam conjugationem sequantur.
 - § 4. Composita verbi *dare* tertiam sequuntur.
 - § 5. Quam mutationem inchoavit vis φωνητική;
 - § 5 *bis*. perfecit vis ἀναλογίας.
- III. In compositis verbi *dare* duo diversa verba coaluisse.
 - § 6. In compositis, duplicem sensum verbum *dare* obtinet.
 - § 7. ab-dere « ἀπο-τιθέναι ».
 - § 8. ad-dere « ad-τιθέναι ».
 - § 9. con-dere « συν-τιθέναι ».
 - § 10. dê-dere « de-τιθέναι, de-διδόναι ».
 - § 11. ê-dere « ἐκ-τιθέναι ».
 - § 12. in-dere « ἐν-τιθέναι ».
 - § 13. ob-dere « ob-τιθέναι ».
 - § 14. per-dere « per- διδόναι »; *praeditus*.
 - § 15. pro-dere « pro-τιθέναι ».
 - § 16. red-dere « rursus διδόναι ».
 - § 17. sub-dere « ὑπο-τιθέναι ».
 - § 18. tra-dere « trans-διδόναι, trans-τιθέναι ».
 - § 19. In compositis *dare* indicat actum seu *dantis*, seu *ponentis*.
 - § 20. *d* latinum repraesentat modo *d* indo-europaeum, modo *dh* indo-europaeum (θ).
 - § 20 *bis*. In compositis latet radix *de*, graecum *θε*, sanscritum *dha* « ponere ».
 - § 21. Cur *θε* latine sonet *de*, non autem *fe*?
 - § 22. Sonat *de* quum vocalem sequitur.
 - § 23. Sonat *fe* *fa* quum est vocabuli caput; *fac-io*.
 - § 24. De umbrico *fe-itu*, *fe-ia*, de latino *fio*.
 - § 25. Summa rerum.
- IV. De verbo *dare* cum *δίδωμι* comparato.
 - § 26. De duplici inter *dare* et *δί-δω-μι* discrimine.
 - 1° De reduplicatione.
 - § 27. Radix *da* in lingua indo-europaea cum reduplicatione conjugabatur.

- § 28. Item in umbrica; latina hanc conjugationem amisit.
- § 29. Conjugatio *directa* erat et indo-europaea.
- § 30. Cur conjugationem per reduplicationem latinum verbum amisit.
- 2° De vocali.
- § 31. Indo-europaeae radices *dā* vocalem servavit latinum verbum.
- § 32. De divisione vocalis *ā* (*dā dō*).
- § 33. De vocali radices *dha* (*fa, fe, de, dō*).
- § 34. Summa rerum.

V. De obsoletis formis.

- I. § 35. *Danunt*.
- § 36. Conjugatio per suffixum -n erat, in radice *da*, indo-europaea.
- § 37. Summa.
- § 38. Verbi *stare* ἀναλογία.
- II. § 39. *Duim*, etc.
- § 40. De radice *du* in italicis dialectis.
- § 41. De duplici radice *du*.
- § 42. De verbo *-dtre*.
- § 43. Radix *du* est europaea.
- § 44. Radix *du* est indo-europaea.
- § 45. Summa : radices *stu* ἀναλογία.

N.-B. — Quoties refertur ad Bopp; Bréal; Corssen; Curtius; Curtius, Studien; Fick; Kuhn Zeitschrift; Mémoires; Schleicher, sine ampliori indicatione, agitur de sequentibus libris :

- BOPP : Grammaire comparée des langues indo-européennes, traduite par M. Michel Bréal, Paris.
- BRÉAL : Les Tables Eugubines, texte, traduction et commentaire avec une grammaire et une introduction historique, Paris, 1875.
- CORSSSEN : Ueber Aussprache, Vocalismus und Betonung der lateinischen Sprache, zweite Auflage, Leipzig, 1868.
- CURTIVS : Grunzüge der griechischen Etymologie, dritte Auflage, Leipzig, 1869.
- CURTIVS, STUDIEN : Studien zur griechischen und lateinischen Grammatik, herausgegeben von Georg Curtius, Leipzig, 1868 (sq.).
- FICK : Wörterbuch der indo-germanischen Grundsprache, prior ed. Göttingen 1868, posterior 1871.
- KUHN, ZEITSCHRIFT : Zeitschrift für vergleichende Sprachforschung herausgeg. von Adalb. Kuhn, Berlin, 1862 sq.
- MÉMOIRES : Mémoires de la Société de linguistique de Paris, 1868 sq.
- SCHLEICHER : Compendium der vergleichenden Grammatik der indo-germanischen Sprachen, zweite Auflage; Weimar, 1866.

PRAEFATIO.

Latinum verbum *dare* pluribus modis a norma conjugationis latinae discedit. Mirandum primum quomodo fiat ut, quum primam conjugationem sequatur aut sequi videatur, vocalem brevem *ă* habeat; tum, cur composita ad tertiam transeant. Quoad sensum, num ex significatione simplicis verbi *dare* manare queat significatio compositorum, quae est plerumque « ponere »? Quod si ex Italica ad cognatas linguas transeas, quid intersit inter *da-re* et *δίδωμι*, quoad *θέμειν* formam et quoad radicis vocalem? Quid denique sibi velint veteres formae *danunt*, *duint*?

Quarum quaestionum jamdudum nonnullis responsum est: tertiae responderunt Schlegel et Bopp, duo verba diversa in compositis verbi *dare* latere; item quintae Schleicher, quum juxta posuerit *linunt*, *sinunt*, etc.; sextae Fick, quum juxta radicem *da* exstitisse olim radicem *du* docuerit; caeteras non video fuisse accuratius tractatas, aut ad disquirendum propositas. Has indagare non inutile visum est, priores etiam retractare et Fickianam doctrinam novis, ut reor, argumentis confirmare.

Lutetiae Parisiorum, mense Augusto, anno MDCCCLXXVI.

I.

Cur *a* in conjugatione verbi *dare* sit brevis.

§ 1. Verbum *dare* vocalem *a*, si *dās* exceperis, ubique corripit :
 (do, das, dat), *dāmus*, *dātis*, (dant) ;
dābam, etc.; *dābo*, etc.; *dārem*, etc.;
dāre; *dāri*; *dātus*.

§ 2. Hinc apparet verbum *dare* primae conjugationis speciem tantum referre : cujus ordinis ea est ratio, ut radici, per vocalem *ā* auctae¹, addantur personae ac temporis signa; ut, exempli gratia, in *rigā-s*, *rigā-bam*, *rigā-bo*, personae ac temporis signa *-s*, *-bam*, *-bo*, θέμᾱτι *rig-ā-* addantur, id est radici *rig* per *ā* auctae. Quae vocalis *ā* in verbo *dare* quum desit, conjectari licet illud non primae conjugationi accensendum, sed antiquae illi ac pene obsoletae in qua personae ac temporis signa accipit ipsa statim, nuda nec ullo incremento aucta, radix.

Quae quidem conjugatio, quam sequuntur in graeca lingua non pauca verba (e. g. φᾱ-ναι, radix φη-φα; φη-μί, ἔ-φη-ν, φα-ίη-ν), nullum jam in latina verbum *totum* regit : ex hac tamen pendent plures, quae *irregulares* dicuntur formae, et illae quidem ex hujusmodi radicibus ortae quae usu frequentissimo celebrentur ; quod quidem nihil miri in se habet, quum ea potissimum vocabula, quae saepius usurpantur, veterrimas formas, etiamsi recentioribus repugnent, quotidiano usu familiares factas, in reliquae linguae

1. Seu *primario* quod dicitur in ᾱ θέμᾱτι.

mutatione servant facilius integras. Hujus conjugationis vestigia offerunt radices *ed*, *es*, *fer*, *qua*, *vel-vol*;

ed : *es* = **ed-s* (ed-is) ; *est* = **ed-t* (ed-it) ;
estis = **ed-tis* (ed-itis) ; *esse* = **ed-se* (ed-ere).

es : *es* = **es-s* ; *es-t* ; *es-tis* ; *es-se*.

fer : *fer-s* ; *fer-t* ; *fer-tis* ; *fer-re* (**fer-se*).

qua : *in-qua-m*.

*vel-vol*¹ : *vis* = **vel-s* ; *velle* = **vel-se* ;
vol-t ; *vol-tis*.

Haec est conjugatio ex qua pendet fere totum *dare*. Ita, in *dă-re*, *dă-mus*, *dă-bam*, *dă-bo*, *ă* nihil commune habet cum ea vocali quae in *amă-re*, *amă-mus*, *amă-bam*, *amă-bo* : est enim radice, non thematis. Hinc concludere licet *dăre* esse verbum cujus radix sit *dă*, et quod *directam* sequatur conjugationem.

Ex hac radice *dă* aliae sunt quae oriantur, vel extra conjugationem, formae. Quum e nuda radice Latini, per suffixa *-tor*, *-ti*, *-tion*, *-tu*, agentis et agendi nomina informare possint, ita ut e radice *ag*, e. g., manent *ac-tor*, *ac-tio*, *ac-tu-s*, eadem ratione e radice *dă* manant *da-tor*, *da-tio*, *da-tu-s*² ; negligo derivata quae e participio pendent, ut *dă-tare*, *dă-tatim* (« invicem dando » Nonius, 96 ed. Quicherat) ; *dă-tarius*³ ; notetur vero *dă-tivus* (d. tutor), quod forsitan ex amisso *dă-ti*- oritur, quod recurrit in *de-diti-m* (Diomedes).

§ 3. Neque vero jam in toto verbo regnat conjugatio directa et radix nuda. In nonnullas formas, in unam certe, primae conju-

1. Radix indo-europaea est *var* (in sanscrito *vri-no-mi*), quae in europaeis linguis duplici modo vocalem immutavit, unde duplex radix *vel vol* : ex radice *vel* pendent goticum *vil-y-an* « velle », slavicum *vel-ěti* « velle, imperare » ; ex radice *vol*, homericum βόλ-εται, ἐ-βόλ-οντο, slavicum *vol-ia* « voluntas », *vol-iti* (velle). Latina lingua utramque radicem in uno et eodem verbo adhibet : *vol* in *vol-o*, *vol-unt*, *vol-ebam*, *vol-am* ; *vel* in *vis*, *vel-im*, *vel-lem*, *vel-le* ; umbrica habet *e* in *eh-vel-klu* « rogatio » ; *eh-vel-tu* « proponito » (Bréal, *Les Tables Eugubines*, 19, 247).

2. Is mille numum se aureum Meo datu tibi ferre... aiebat (Plautus *Trinummus*, 5. 2. 16, ed. Fleckeisen).

3. Eho, An non prius salutas? — Nullast mihi salus dataria (Pl. *Pseudulus*, 4. 2. 13, ed. Fleckeisen).

gationis ἀναλογίᾳ irrepsit. Hinc *dō*, pro *dā-m* aut *dā-m* (cf. *inquā-m*, *es[u]m*); « *dām* aut *dām* » scripsi, quia ejusmodi conjugatio, in quibuscunque linguis viget¹, radicis vocalem habet in singulari numero productam, in plurali contractam. Hinc in graeca: φη-μί (radix *phē phā*), sed φα-μέν (radix *phā*)²; hinc conjectari licet veterrimas fuisse olim formas **dā-m*, *dā-s*, **dā-t(?)*, ita ut sint *dā-s* **dā-t(?)*, non recentes per ἀναλογίαν inductae formae, sed veterimae ac *prae-latinae*, unum autem *dō inorganicum* et aliunde inductum esse videatur.

Est verbum aliud quod, quum olim, ut verisimile est, directe conjugaretur, in primum ordinem totum transiit: *stāre* scilicet; ejus radicem fuisse *stā* testantur etiamnunc *stā-tor* (cf. *dā-tor*), *stā-ti-m* (accusativum nominis **stā-ti-s* στά-σι-ς), *stā-tio* (cf. *dā-tio*), *stā-bulum* (stationis locus)³. At vis ἀναλογίᾳς, ex *stā-s* **stā-t*, aggressa, caeteras formas infecit, ita ut verbum totum in primum ordinem transiret. Quod in *stā* factum est, in *dā* fieri cœptum est, non vero longe grassatum.

II.

Cur composita verbi *dare* tertiam conjugationem sequantur?

§ 4. Compositum verbum simplicis conjugationem sequi solet: ex *son-ā-s*, *mon-ē-s*, *leg-ī-s*, *aud-ī-s* fiunt *reson-ā-s*, *admon-ē-s*, *intellig-ī-s*, *exaud-ī-s*; ex *stā-mus*, fit *adstā-mus*. In verbo *dare* non item; neque dicitur **ad-dāmus*, **ad-dābam*, **ad-dābo*, **ad-dātus*, sed *ad-dimus*, *ad-dēbam*, *ad-dam*, *ad-ditus*; id est, composita tertiam sequuntur.

1. Graeca, sanscrita, zendica, et σποραδῆν gotica.

2. Item e radice Fið « novisse », Foīð-α (oīð-α), sed Fið-μεν (ið-μεν, iσ-μεν); in sanscrita, ex eadem radice *vid*, *vai-da* (novi), sed *vid-ma* (novimus); in zendica *vaēd-ā* (novi), *vōiç-ta* (novisti, Foīσῃα), sed in reliquis formis *vid*. Item in gotica: *vait* (novi), *vil-um* (novimus).

3. Non huc traxerim *tā-bula*, umbrice *stafla*; quae diviserim, non in *tā-bula* *sta-fla*, sed *tab-ula* *stafla*, e radice *stab* *staf*, sanscrita *stabh* « fulcire, sistere »; quae utrum cum *stha* origine cohaereat, annon, nihil ad rem.

§ 5. Quum autem in verbo *dāre*, vocalis *ā* non conjugationis sit, sed radicis, hinc sequitur ut non his legibus regi debeat, quibus *vocales conjugationis*, sed iisdem quibus *vocales radicum*. Quum autem illae in compositis immutatae maneant, hae non item : sic radicalis *ē*, verbi *lēg-o*, in composito *inter + lego* fit *ī* : *intellīgo* ; quod *ā* radicalem attinet, ea est mutationis ratio ut in syllabis apertis in *ī* attenuetur, ut e. g. ex *cāp-itis*, *fāc-imus*, *lāt-esco*, *rā-tus* fiant *praecīp-itis*, *effīc-imus*, *delīt-esco*, *irrī-tus*. Ratione eadem necesse erat ex *ad-dāmus*, *ad-dātis*, *ad-dātus*, fieri *ad-dīmus*, *ad-dītis*, *ad-dītus*. Ex *ad-dāre* fieri debuit **ad-dīre* ; ex *ad-dārem*, **ad-dīrem* ; sed consonantis *r* ea vis est ut *ī*, praesertim ex *ā* radicali attenuatam, libenter in *ē* mutet, aut quod rerum naturae magis consentaneum videtur, ut **ē* ex *ā* radicali ortam ultra attenuari non patiatur¹ ; itaque, quum **ef-fēcimus*, **prae-cēpitis*, **de-lētesco*, **ir-rētus*, **ad-dēmus*, **ad-dētus* usque ad *ī* vocalem *ē* decidere sinant, in verbo *ad-dere* ex **ad-dare* orto, consonantis vis vocalem *ē* protexit².

§ 5 bis. Ex his formis, *addīmus*, *addītis*, *addītus*, *addēre*, factum est, ut composita saepe tertiae conjugationis speciem darent : species rem fecit ; quod *φωνητική* vis *μηχανῶς* inchoaverat, vis *ἀναλογία* perfecit, et quum dicerent *addimus*, dixerunt et *addis*, *addunt*, *addebam*, *addam*. Est vero causa altera, quae illi vi *ἀναλογία* validissime favit : scilicet, quod in compositis duo verba in unum confusa coaluerunt, quorum unum est *dāre*, alterum vero et sensu et forma diversum, **dēre*, quod significat « ponere ».

1. Hi sunt immutationis gradus : *a*, *e*, *i* ; *a* semper ad *e* transit ; quae vocalis ipsa ad *ī* transit nisi sequatur *r* aut consonans duplex : *con-fic-io*, sed *con-fec-tus* ; *ad-di-mus*, sed *ad-de-re*.

2. Cujus vis exempla non rara : sic e simplici *pār-io* compositum *re-pēr-io*, non autem, quod ex *re-ficio* expectandum videbatur, **repīrio* ; item radix *sū* (serere), quum ex participio simplici *sū-tus* trahatur *consūtus*, in indicativo, quod reduplicationem patitur, « sero » habet, non autem *sīro* (**sī-so*) quod ex *sī-sto* (radix *sta*) expectabatur.

III.

In compositis verbi *dare* duo diversa verba in unum coaluisse.

§ 6. Verbum *dare* in compositis duplicem sensum obtinet : modo actum *dantis* indicat ; modo *ponentis*. Haec composita recenseamus.

§ 7. *Abdere* nunquam est ἀπο-διδόντος, semper ἀπο-τιθέντος, « ponentis procul » : « *Ex conspectu* eri si sui *se abdiderunt* » (Plautus, *Pseudulus*, 4. 7. 4. ed. Fleckeisen). — « Pedestresque copias paulum *ab eo loco abditas* in locis superioribus constituunt » (Caesar, *De Bell. g.*, 7. 79 ed. Nipperdey).

Hinc, quum lateat quod procul ponitur, verbum celationem indicavit, sed eam quae fiat retrahendo : « pugnare cupiebant, sed retro *revocanda et abdenda* cupiditas erat » (T. Livius, 2. 45 ed. Weissenborn). Conferatur *abditivus* : « filius ... *abditivus a patre* » (Pl., *Pænulus*, Prol. 65).

§ 8. *Ad-dere* est ἐπι-τιθέντος, non ἐπι-διδόντος « ponentis ad, ponentis juxta » : « (mortuo) neve avrvm *addito* » (*Tab. Leg.* XII ap. Cicero, *de Legibus*, II, 24, ed. Orelli). — « Conqueri fortunam advorsam, non lamentari decet. Id viri est officium : fletus muliebri ingenio *additu' st* ». (*Pacuvius*, ap. Cic., *Tusculan.*, II, 24 ed. Orelli). — « ... perii miser, quia pudicitiae huius uitium me hinc absentest *additum* » (Pl. *Amph.*, 2. 2. 178, ed. Ussing). — « Anticipate atque *addite* calcar » (Varro ap. Nonium, ed. Quicherat 70). — « Quoi me custodem erus *addidit* miles meus » (Pl. *Miles gloriosus*, 2. 6. 69 ed. Fleck.). — « Eas (epistolas) in eundem fasciculum velim *addas* » (Cicero *ad Att.*, 12. 53 ed. Orelli). — « Pergamaque Iliacamque jugis hanc *addidit* arcem » (*Virg. En.* 3. 336 ed. Benoist). — « *Adde* manus in vincla meas, ... meruere catenas (*Ovidius, Amores*, 1. 7. 1 ed. Merkel).

Hinc fit *adjiciendi* verbum, quia *adjicit*, qui *ad-ponit* : « ... et consuetudo exercitatioque capienda, ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus et *ad-dendo de-ducendoque* videre, quae reliqui summa fiat » (*Cic. Off.* 1. 18. 59 ed. Orelli). Rarum-

modo « insuper dantis » : « *addere dono gratiis* » (Pl. *Epid.* 3. 4. 44). — « Nostran culpa east an iudicum, qui saepe propter inuidiam adimunt diuiti, aut propter misericordiam *addunt* pauperi » (Terentius, *Phormio* 2. 1. 45 ed. Umpfenbach). Sed in his etiam *addo* adjiciendi potius quam dandi vocabulum possit videri, donumque magis subaudire quam exprimere.

Circumdare non est vere compositum, sed juxtapositum; sin contra sonaret **circumdere*-**circumditus*. Quoad sensum, vide infra § 22.

§ 9. Condere : συν-τιθέντος, non συν-διδόντος; « componentis, una, simul ponentis, » seu proprio sensu, seu translato.

1° Proprio : « Minas uigenti mihi dat, accipio lubens. *Condo* in crumenam » (Pl. *Truculentus*, 3. 4. 8 ed. Spengel). — « quod mustum conditur in dolium » (Varro, *De re rustica* I 63, in Scriptoribus rei rusticae, ed. Schneider I). — « quam multa in foliis avium se millia *condunt* » (Virg. *Georg.* 4. 473 ed. Benoist); « si proprio *condidit* horreo quidquid de Libycis verritur areis » (Horat. *Od.* I. 4. 9 ed. Orelli). — « *Condo et compono* quae mox depromere possim » (id. *Epist.* 4. 4. 42).

Hinc, cum verbo « abdere » in designationem occultantis coincidit (praesertim in composito *abs-condere*) : « Quidquid sub terra est, in aprium proferet aetas; defodiet condetque nitentia (id. *Epist.* 4. 6. 24).

2° Translato sensu : « si quis occentavisset sive carmen *condidisset* » (Tab. *Leg.* XII ap. Cic. *Respubl.* 4. 40 ed. Orelli). — « Romulus excipiet gentem et mavortia *condet* mœnia » (Virg. *En.* 4. 276 ed. Benoist).

§ 40. *Dê-dere* : ponere (mittere ex) in, de-τιθέναι : Verberibus caesum te *in pistrinum*, Daue, *dedam* usque ad necem (Terent. *Andria* 4. 2. 27 ed. Umpfenbach).

Sensus simplicis verbi « dare » non raro in hoc verbo apparet : hinc « *dedere manus* » quod idem valet quod « *dare manus* » : « si tibi vera videntur, *dede manus*, aut, si falsum est, accingere contra » (Lucretius 2. 1042 ed. Munro); cf. Jam iam efficaci *do manus* scientiae (Horat. *Ep.* 4. 4 ed. Orelli); conferantur item « dare operam » et « dedita opera » : « Quasi *Dedita opera*, in tempore ipso, Spes mihi sancta subvenit (Cistellaria 4. 4. ed. Benoist). — Qui dedit, dat ex se : « Si ego injuste impieque *illos homines*

illasque res dedier mihi exposco » ap. *Liv.* I. 32, ed. Weissenborn.
— « Ancillas dedo : quolibet cruciatu per me exquire » (*Ter. Hecyra*
5. 2. 7, ed. Umpfenbach).

In « studiis deditus » uterque sensus recurrit ; etenim tam de
eo agitur « qui totum *se dat* studiis » quam de eo « qui *se totum*
abdit in studiis. »

§ 44. *é-dere*, ἐκ-τιθέντος est, non ἐκ-διδόντος : « Clanculum *ex*
aedibus me edidi foras » (*Pl. Mostellaria*, 3. 2. 9, ed. Ramsay).
— indignos esse putandos, vivam progeniem qui *in oras* luminis
edant » (*Lucr.*, 2. 646, ed. Munro). — « is collis ... paululum *ex*
planicie editus » (*Caes. de B. G.*, 2. 8. 3, ed. Nipperdey). —
« (oves) neque ali neque sustentari neque ullum fructum *edere ex*
se sine cultu hominum et curatione possent » (*Cicero, de Nat.*
Deo., 2. 63. 458, ed. Orelli).

§ 42. *In-dere* : ἐν-τιθέναι : « Inde ignem in aram, ut Ephesiae
Dianae laeta laudes » (*Pl. Miles gloriosus*, 2. 3. 4, ed. Fleck.). —
« Vinclo fasciae, quam pectori detraxerat, in modum laquei ad
arcum sellae restricto indidit cervicem » (*Tacitus, Annal.*, 13. 57,
ed. Halm).

inter-datus, non *compositum* est vocabulum, sed *juxta-positum*,
a Lucretio creatum : quod nisi esset, sonaret *interditus* : « prop-
terea capitur cibus ut suffulciat artus et recreet vires *inter-datus* »
(4. 867, ed. Munro).

§ 43. *Obdere* : ante-τιθέναι.

« Pessulum ostio obdo ¹ » (*Ter. Eun.* 3. 5. 53, ed. Umpfenbach).

§ 44. *Per-dere* « pessum dare. » Hic esse διδόναι, non τιθέναι
docet, sinon « pessum dare » ², certe sanscritum *pará-dá* quod
idem valet atque *per-dere* (mâ no aryo anukâmam *pará dás* [*Rig*
Veda, 8. 48. 8] : « ne nos inimici ad votum *per-das* »).

prae-ditus : (prae)-donatus ³.

1. Hinc : « claudere » ; dixerunt primum : *ostio quid obditur*
(ob-ponitur), deinde : *ostium (op-ponitur) ob-ditur*.

2. Cf. infra, § 22 ad f. — *Per* duplex est : in *per-ficere*, est περί,
sscr. *pari*, « usque ad finem » ; in *per-vertere*, *per-dere* est παρά,
sscr. *pará* « oblique, torte ».

3. Cum ablativo rei ; antea, sine dubio, cum nominativo rei, dativo
personae ; *res praedita fuit homini* priusquam esset *homo re praeditus* ;

§ 15. *Pro-dere* προ-τιθέναι quae condita sunt : (Ovid. *Fast.*, 5. 518, ed. Merkel) « *Prodit* fumoso condita vina cado. »

§ 16. *Reddere* « rursus-διδόναι » vel datum, vel pro dato : « orabo, ut mihi pallam reddat, quam dudum dedi » (Plautus, *Men.*, 4. 2. (374), ed. Bothe). — « Cincius noster eam mihi abs te epistolam reddidit, quam tu Idib. Febr. dederas » (Cic. ad Att., 4. 20, ed. Orelli). — « Pro benefactis eius ut ei pretium possim reddere » (*Capt.*, 3. 4. 20, ed. Fleckeisen.).

§ 17. *Sub-dere*, υπο-τιθέναι : « Musti quadrantalia XX in aheneum... infundito, ignem subdito » (Cato, *R. R.*, 105. 4 ap. Schneider I). — « Nec nimis irai fax unquam subdita pericit fumida » (Lucr., 3. 303, ed. Munro). — « Tantum te rogo, in Hirtii locum me subdas et ad tuum amorem et... » (Cicero ad Famil., 10. 24. 7, ed. Orelli).

§ 18. *Transdere*, tradere : 1^o trans-διδόναι ; 2^o trans-τιθέναι : 4^o « Argentum dedi Thensauri causa, ut saluom amico traderem » (*Pl. Trinummus*, 4. 2. 142, ed. Fleck.). — « Transque dato » (Vetus lex ap. *Fest.*, s. *sub vos*, ed. Müller, 309).

2^o « ... neu se, neu Pompeium, imperatorem suum, adversariis ad supplicium transdant, obsecrat » (Caes., *De B. G.*, 4. 76. 4, ed. Nipperdey). — Remisque nixi properiter navem in fugam « transdunt » (Att. ap. Non., 464, ed. Quicherat).

§ 19. *Dare* igitur in compositis sensum saepe habet quem simplex verbum ignorat, eum autem, qui a sensu simplicis derivari nequeat. Quod si enim non rationi repugnat verbi sensum a ponendo ad dandum transire, dicique « in me ponitur » pro « in me datur » quum qui rem dat, rem transferat, transponat, contraria mutatio concipi non potest. Hinc quaerendum quodnam sit verbum quod in compositis verbi dare deliteat. Quod ut inveniatur, extra fines latinae linguae aliquandiu exeundum.

§ 20. Quod si soni linguae latinae cum sonis graecae et sanscritae conferuntur, apparet in consonantem *d* duos sonos confluisse : primum, consonantem *d* graecae, sanscritae et caeterarum arianarum (si germanicam exceperis), id est *d* linguae indo-europaeae; deinde, aspiratam mollem indo-europaeae *dh*, quae

conferatur *res donata*, *re donatus*; *circumdatur urbi murus*, *circumdatur urbs muro*.

in sanscrita remanet intemerata, in graeca fit dura (θ, t-h), in caeteris vero arianis (zendica, germanica, slavica, celtica, latina), aspiratione amissa, ad *d* redigitur. Sic *d* latinum in vocabulo *duo* respondet indo-europaeo *d*, ut apparet ex graeco δῶω, hibernico vetere *dáu*, slavico vetere *dva duva* (gotico *tvai*¹), sanscrito *dváu* (in vedis *dvā*), zendico *dva*.

Item *d* radices *vid*, in verbo *videre*, indo-europaeum *d* repraesentat ut apparet ex: gr. Φῶδ-α; hibern. v. *fiss* = **vid-ti* « scientia » (Schleicher, § 170. 3; 173. 2); slav. v. *véd-ěti* (vident); (got. *vait*); scr. *vaid-a*; z. *vaéd-a*.

At contra *d* latinum ex indo-europaeo *dh* est mutilum in latino « *medius* », ex indo-europaeo *madh-ya-s* unde difflexerunt: sscr. *madh-ya-s*; gr. *μᾶθ-ιο-ς in μέσσο-ς assimilatum (Curtius, 340); z. *maid(h)ya-*, slav. *mejdou* (ex. **med-you*² « in medio »); got. *mid-yi-s*; item in *vidua*, ex eodem indo-europaeo *vidhavā* ex quo: got. *vidwó*; slav. *vídova*; sscr. *vidhavā*; zend. *vid(h)ava*².

Hinc dubitatio, nonne forsitan in his compositis, *abdere*, *condere*, etc., quae, quoad sensum, verbo τῑ-θῑ-ναι respondent, lateat radix quae protulit hoc ipsum τῑ-θῑ-ναι et quae in sanscrito sonat dhā: da-dhā-mi, τῑ-θῑ-μι; a-dhā-t, ἔ-θῑ-ν.

Rem ita se habere ipsis oculis manifestum facit verbum *crédere*; quod quum idem valeat atque sanscritum *grad-dhā* (Schlegel, *Bhagavad gītā*³, 408; Bopp, § 632), apparet statim in **cred-dere* verbum *-dere* respondere sanscrito *dhā*; sensus cum forma congruit, quum *grad-dhā* sit « in *cord-e* ponere, ἐν καρδ-ιᾷ τῑ-θῑ-ναι⁴ », ita ut *-dere* in *cré-dere* idem valeat ac *-dere* in *ad-dere*, *ab-dere*, etc.

Hinc, quum radix *dha* graece θε sonet, fit verisimile, eam

1. In gotica et ceteris germanicis quae inferiores dicuntur, indo-europaeum *d* in *t* transit (conferantur in anglica hodierna *ten*, *tooth*, *tongue*, *tame*, *wit*, *sit*, *foot* quae respondent latinis *decem*, *dent*-, *dingua*, *domo*, *video*, *sedeo*, *ped*-).

2. Slavicum *jd* oritur ex *dy* (Schleicher, § 182. 4).

3. An old zand pahlavi glossary (ed. Haug), 5, 3.

4. Mémoires, II: *cred* est idem atque *cord*-, gr. καρδ-ιᾷ; existitis europeum *cred* « cor » demonstrant slavicum *sríd-ice* « cor », *sréd-a* « intima pars », goticum *hairt-an* (**hirt-an*, **hert-an*), hibernicum *crid-e*.

latine eadem vocali *ē* sonare, ita ut *dedere* sit non modo **dedare* sed et *de-dere* ex radice *de* (θε), et in compositis verbi vocalis *e* sit partim innata, non autem in omnes formas per vim φωνητικὴν inducta (§ 5).

§ 21. Hic autem insurgere videtur ac reclamare ἡ φωνητικὴ. Scilicet apud Latinos *non semper* antiquum *dh* in *d* attenuatur, sed tantummodo quum medium est, id est inter vocales positum; quoties vero vocabuli caput est, in *f* mutatur. Sic, quum sanscrito et indo-europaeo *madhya-s*, respondeat latine *mediu-s*, sanscrito et indo-europaeo *dhāma-s* respondet latine *fūmu-s*. Item graeco « θύρα » respondet latinum *fores*; graeco « θήρ », latinum *fera*. Hinc quum in radice *dha*, θε, aspirata sit in capite vocabuli, in latina lingua servari debuit, in *f* assibilata; quomodo igitur potuit in *d*, tanquam media, attenuari?

§ 22. Ad hoc respondent res ipsae utramque legem servatam revera fuisse: consonantem *dh* scilicet duplici modo immutatam, prout media aut initio posita esset; id est, prout in composito verbo aut in simplici. Quid enim? Vocabulum quod graece ἀπὸ-θετο-ς sonat, quam induere formam in latina debuit? Eo tempore quo *graeco-latina* lingua in duas divisa est, sonabat adhuc **apo-dheto-s*, nondum immutata antiquae aspiratae natura; neque enim verisimile est jam *dh* seu in θ induratum, seu in *d* mollium, ita ut per duplicem mutationem ex illo θ in latina **dh d*, aut ex hoc *d* in graeca **t th* oriretur, quum facillime contra et graecum θ et latinum *d* ex antiquo *dh*¹ diffuere potuerint. In illo autem *prae-latino* **apo-dheto-s*, *dh* quum medium esset idem pati debuit quod *dh* in *prae-latino* **medhyo-s*, id est in *d* attenuari, ita ut vocabulum sonaret **apo-deto-s*, unde postea, solita vocalis radicalis attenuatione, **apo-dito-s*, *ab-ditu-s*. Item graeco-latinum **eni-dheto-s*, unde graecum ἐν-θετο-ς, factum est **eni-ditu-s*, *in-ditus*. Non quod putem et vocabula « *de-ditus*, *e-ditus*, *pro-ditus* caeteraque ex graeco-latinis formis orta esse quae graeca lingua amisit: potuit enim latina, ubi enata sunt *abditus* aut *inditus*, ex omni praepositione novum hujus generis et hujus significationis compositum ut libuit informare; caeterum ubi in aliquot compo-

1. De graeca induratione mollis aspiratae, vide G. Ascoli, *Fonologia*, § 31.

sis, participium « datus » cum participio **dheto-s*, **detos-* e radice *dha* (θς) coaluit; statim in omnes formas et in omnia composita significatio radicis *dha* irrepsit¹. Ipsum simplex penetravit : in juxtaposito *circumdare*, *dare* fit quoad sensum *τιθέναι* : « aer omnibus est rebus *circumdatus adpositusque* (Lucr., 6. 1035, ed. Munro).

Quum in compositis Latini verbum *dare* agnoscerent, ubi compositum dividebant, pro simplici verbo ponebant *dare* cum significatione « ponere »; quod potissimum factum est quotiescunque agebatur de hujusmodi transpositione quae non fieret sine datione, ut in *vendere*, *venum dare*; hinc, etiam sine datione, *pessum dare*, *praecipitem dare*. Exemplum sanscriti *parā-dā*, latine *perdere*, indicare videtur non solum ex τοῦ τιθέναι ad τὸ διδέναι, sed etiam ex τοῦ διδέναι ad τὸ τιθέναι sermonem facile transiisse.

§ 23. Haec de radice *dha* in compositis. In simplici vero verbo, *dh*, quum initialis esset, in *f* assibilari debuit, ita ut ex *dhā* fieret *fā*, *fē*.

Haec est radix quae agnoscitur in *fa-ber*, *fa-mul*, *fa-c-io*, sensu aliquantulum immutato, quippe quae jam non actum ponentis indicet, sed agentis, facientis, quod nec mirum nec latinae linguae proprium. Neque enim mirum est τὸ ποιεῖν per τὸ τιθέναι indicari, quum « facere » nihil aliud sit quam « certo modo ponere, statuere, disponere »; nec non pleraeque indo-europaeae linguae, per illam radicem *dha* τὸ ποιεῖν expresserunt. Hinc in anglo-saxonica : *dō-n* « facere », *dō* « facio », *dide* « feci » (anglica hodierna : *I do*, *I did*); in veteri teotisca : *tuo-n* « facere », « *tuo-m* » (facio); *tāt-i* feci (hodierna *tun*, *tāt*); in omnibus germanicis, in conjugatione quae *infirma* dicitur, ad informandum perfectum tempus additur θέμμι perfectum hujus radicis; sic goticum *sōk-ya-n* « quaerere » (recentiori teotisco *suchen*, anglico *seek*) fit in praeterito *sōki-da(d)*, *sōki-dēdum* « quaesivi quaesivimus », id est « τὸ quaerere feci, fecimus »; — in celtica *de-nim* « facio »; — slavica utrumque sensum simul

1. In perfectis eodem modo potuerunt in unum coalescere *da* et **dhe*; radicis enim *dha* perfectum erat **dhedh-*, unde in compositis ut **apo-dhedh-it* factum est **apo-ded-it*, abdidit.

retinuit, ita ut *dē-yō* valeat et « pono » et « facio » ; item zendica ; in ipsa sanscrita, praesertim in vedica, radix *dha* saepe ad το ποιέειν inclinat, et *dhā-tar* omnino zendico *dā-tar* « creator » respondet eumque indicat qui omnia *disposuit*, omnia *fecit* (cf. J. Darmesteter, Ormazd et Ahriman, pp. 23, 46).

Ex hac radice *dha*, latine *fa* « ponere, facere » oritur *fa-c-io*, in quo immorari aliquantulum decet.

Plures indo-europaeae linguae quasdam radices, aut in nonnullis, aut in omnibus formis, per adjunctionem vocis consonantis augment (Curtius, 62, sq.) ; sic radix θε θη aoristo priori x accipit, unde ξ-θηx-α, quanquam nusquam apparet, nec in graeca lingua nec in caeteris, k esse temporis aoristi indicem : item radix δο δω in aoristo fit δωx (ξ-δωx-α)¹ ; radix ιη fit ηx, id est jηx (ξx-α). In sanscrita pariter, e radice *dd*, quae δω repraesentat, oritur altera radix *dāc*, adjunctione consonantis c quae semper graeco k respondet ; item in zendica plures radices per c augentur, ita ut juxta *ga-m* « venire » oriatur *ga-c*, juxta *shu* « ire » *shu-c* ; ejusdem naturae esse videtur c in latina voce *ja-c-io*, cui sensu quidem respondet ιη-μι, forma vero, neglecta vocali, ιηx- ; eandem agnoscit originem radix *fac*, quae graeco θη-x ita respondet ut, in graeco verbo consonans temporis sit propria, in latino cum radice in unum coaluerit².

1. In dialecto cyprica, nuper rara cum felicitate Graeciae vindicata et addicta, x illud radici cohaesit (Curtius, St. VII, 248) ; hinc verbale thema δοκο : to-ko-i-je- | pa-si-le-y-s(e)- | ka-s(e)- | a-p(o)-to-li-s(e) | o-na-si-lo-i- | a-ti- | to- | a-r(a)-ky-ro- | to-te- | a-py-ta-i | za-i- | ta-i-pa-si-le-vo-s(e), quod transcribunt Deecke et Siegismund (l. l. 243) : δοκοίη βασιλεὺς καὶ ἡ πόλις Ὀνασίλω ἀ(ν)τὶ τῷ ἀρχύρῳ τῷδε ἀπὸ τῆ ζῆ τῆ βασιλείας « det rex et civitas Onasilo, pro pecunia ista, ex terra regia... »

2. Ex radice *fa*, manant etiam, ut videtur, oscicum **faama* (*fā-ma) « domus », unde *faamat* « habitat » (Aufrecht et Kirchhoff, die umbrischen Sprachdenkmäler, I, 76) ; latinum **fā-ma*, unde *fa-mul*, *fa-mulus*, *fa-milia* (cf. gallice « le domestique ») ; sic in sanscrita lingua, e radice *dhā* fit *dhā-man* « sedes ». Contra Corssen (Kuhn Zeitschrift, 22, 289, sq.), qui negat italicum *fa*, *fa-c* radici *dha* respondere, agnoscitque eam tantummodo in compositis *-dere* (ab-dere, etc.). Huc referatur quoque *fa-ber* (Curtius, 239) ; contra Fick², 368, qui ponit radicem europaeam *dhabh*, *dhab* « passen, fügen, schmücken », unde lat. *fab-re*, *af-fab-re* « zierlich », *fab-er* « Werkmeister, Bildner » quum *faber* sit slav.

§ 24. Radix vero nuda, quae graecae $\theta\epsilon$ respondeat, non italicis linguis ignota est. Huc retulerim umbricum *feitu* « facito », quod oritur ex radice *fe* secundum quartam conjugata, ita ut *feitu* sit contractum ex **fe-ii-tu*; cujus conjugationis in radice *dha* slavicum est exemplar *ač-ya-ti* « facere »; huc umbricum *fe-ia*¹ « faciat », quod est graecum $\theta\epsilon-\iota\eta$. Huc etiam latinum *fio* ex **feio*²; cujus sensum olim fuisse activum docent satis et *fieri* et obsoletae formae *fitum est*, *fitur*, *fiabantur*, ita ut *fio*, *fiat* significaverint olim in latina idem quod in umbrica *feitu*, *feia*, id est « facito, faciat ». — Ubi vero verbum *facio* invaluit et radicem *fe-* expulit, tum demum *fio* ex activo sensu ad passivum, vel potius neutrum transiit.

Ex hac radice *fě*, *dhě*, verbum *dere* in compositis (§ 5).

§ 25. Quae adhuc indagata sunt, sic summa colligenda sunt :

1° Est in latina lingua radix *dā* (dare);

2° In compositis, cum hac coalescit radix *dě*, olim *dhě*, *dha*, « ponere »;

3° Haec altera radix *dě*, olim *dhě*, *dha*, simplici verbo conjugata, formam *fe*, *fac* affectat, sensu *facere*.

Hinc sequitur, radicem *dha* in compositis sensum antiquum servasse, in verbo simplici novum explicuisse; quod effecit ea quam dicunt « vim partitionis » : haec est scilicet linguarum natura ac lex ut, quoties una et eadem forma in duas dividatur, utraque sibi novam significationem creet, ita ut sensus simul cum forma, et mens cum corpore fiat duplex; hinc ubi radix *dha* aliam formam induit in « addidit, abdidit », etc., aliam in *fa-c-io*, *fa-ber*, *fio*, neque sentiri jam potuit unam et eandem radicem in

dob-rü « schoen, gut »; cf. slav. *dob-a*, « oportunitas », got. *-dab-an*, *-dob* « passen » : non negaverim satis inter se congruere quoad sensum *fabre* et *dobrü*; sed in *fabre* hic sensus non innatus est; nec *faber* aliud est quam « ouvrier », quanquam « faber », ut « ouvrier », potest per contextum fieri « habile ouvrier »; « *fabre* factum » = « *fait de main d'ouvrier* »; ars subauditur, non in ipso vocabulo exprimitur.

1. Non quod umbrica radicem *fac* ignoret, ut apparet ex *fakust*, *fakurent*, *fačia*, *fačiv*.

2. Cf. Curtius, *Grundzüge*, 239 (ubi vero ponitur **fa-io*) : contra Corssen (II, 739), minus apte, ex radice *fu*.

utraque serie vivere, quum prior series veterem sensum servasset, facillime posterior evagata est atque in diversum abiit.

IV.

De verbo *dare* cum διδωμι comparato.

§ 26. Nunc vero, quum latini verbi *dare* conjugatio enucleata sit, et manifestum fiat radicem esse *dā*, quae primariam seu radicalem sequatur conjugationem, si linguam quae origini latinae proxima est respicimus, apparet ibi hanc radicem longe aliter tractatam fuisse.

Graeca scilicet habet δι-δω-μι, δι-δω-ς, δι-δω-σι, δι-δο-μεν, κ. τ. λ. ita ut verbum graecum a latino dupliciter differat : primum, quod *reduplicationem* (vocabulo uti liceat) patitur, tum quod habet vocalem *o* in locum vocalis *a*.

1^o De Reduplicatione.

§ 27. Hanc reduplicationem non esse graecae propriam, sed plerisque indo-europaeis et ipsi indo-europaeae, docent cum graeca consentientes slavica, sanscrita, zendica.

In slavica enim radix est *dad*; scilicet, ex consuetudine reduplicatio *da-* cum consonanti radicali coaluit, quumque, exempli gratia, *dadētī* (ex **dadentī*) « διδουσι » tam ex *da* cum reduplicatione (*da-da-nti*), quam ex *dad* oriri posse videretur, hinc radix *dad*, obsoleto in reliqua lingua reduplicationis usu, paulatim irrepsit, quae conjugatur simplicis verbi vice; hinc : *dad-u*, διδούς; *dad-omŭ*, διδόμενος; *dad-ěaxŭ*, διδών; *dad-imŭ*, διδόμεν¹. Hinc in indicativo *das-tī* (διδωσι), *das-te* (διδοτε), *das-ta* (διδοτον), in quibus secundum legem, slavicae et graecae communem, *d* in *t* offendens, in *s* convertitur, ita ut ex **dad-tī*, **dad-te*, **dad-ta* fiat *das-tī*, *das-te*, *das-ta*. Ejusdem modi vis fecit *da-mī*, (διδωμι), *da-si* (διδως), *da-mŭ* (διδομεν) ex **dad-mī*, **dad-si*, **dad-mu*.

1. Graecum hic slavico apponitur, ad illustrationem significationis, non formae.

Sanscrita duplex $\theta\acute{\epsilon}\mu\alpha$ habet ; prius (in singulari) cum reduplicatione et cum radice integra, unde : *da-dā-mi*, *da-dā-si*, *da-dā-ti* quae ad litteram respondent graeco $\delta\acute{\iota}-\delta\omega-\mu\iota$, $\delta\acute{\iota}-\delta\omega-\varsigma$, $\delta\acute{\iota}-\delta\omega-\sigma\iota$; alterum (in plurali) quod, ut in slavica, *a* radicali suppressa, consonantem radice cum reduplicatione in unum cogit, unde : *dad-mas*, *dat-tha* (pro **dad-tha*), *dadati* quae respondent slavico *dad-mŭ*, *das-te* (pro *dad-te*), *dad-ētī* ¹.

Zendica quoque reduplicat radicem ita ut cum sanscrita dicat *da-d(h)ā-mi*, *da-d(h)ā-ti* (**da-dā-mi*, **da-dā-ti*, $\delta\acute{\iota}\delta\omega\mu\iota$, $\delta\acute{\iota}\delta\omega\sigma\iota$), aut cum slavica *daç-ti*, (ex *dad-ti*, slav. *das-tī*).

§ 28. Hanc reduplicationem latina lingua omnino ignorat ; neque enim huc referendum est perfectum *dedi*, in quo reduplicatio est temporis, ut in *pe-per-i*, non autem *thematis*, ut in *gi-gn-o*. Quam tamen conjugationem, quanquam nullum hujus vestigium latina lingua servavit, ei semper defuisse haud verisimile est, quum omnes caeterae linguae sequantur : imo ad urbis portas, haec vivit adhuc. Umbrica enim dialectus habet *deda* (*dersa*), ubi latina *det* ; *teḏtu* (*dirstu*) ubi latina *dato* ; *diḏans diḏas* (*dirsans dirsas*) ubi latina *dent* ² ; quae formae latine sonarent **did-at*, **did-ito*, **did-ant* ; item oscica : *didest* « dabit », forsitan etiam *didet* « dat » = **diḏ-eti*. (Sophus Bugge, *Kuhn, Zeitschrift*, 22, 405).

§ 29. Ut vero posset vetus haec conjugatio in latina negligi et aboleri, necesse erat hanc non unicam fuisse, et fuisse praesto alium conjugandi modum cujus in affinis linguis vestigia invenire liceat. Hujusmodi vestigia in graeca lingua nulla video, nihil quod *da-t*, *da-mus*, etc. repraesentet. Altius igitur repetamus ; slavica declarare videtur non latinae soli directam conjugationem in radice *da* fuisse notam. Quod si enim pleraeque formae redu-

1. Neglecto nasali sono qui in sanscrito deest. — Haec thematum cum numero conversio in graeca fit quoque, quanquam clare minus, quum vocalis radicalis contrahatur modo, non tollatur : hinc in singulari $\delta\acute{\iota}\delta\omega-$, in plurali $\delta\acute{\iota}\delta\omega-$.

2. Bréal, *Tables* 326, 373. In umbrica lingua *d* media voce sonum quemdam peculiarem obtinet qui litteris latinis notatur per *rs*, etruscis per signum quod transcribi solet *d* ; *teḏtu* sonabat *dedtu* ; vetus enim umbricum molles consonantes a duris in scriptura non discernit.

plicationem arguunt, nonnullae sunt quae alio ex fonte manent et radici purae ac nudae suffixa apponant. Hujusmodi sunt infinitivum *da-ti*, supinum *da-tū*, quae ex *da*, non ex *dad*- oriuntur, ex quo exstitisset **das-ti*, **das-tū*; quanquam fateor objici posse *da-ti*, *da-tū* non esse revera verbales formas, sed nomina in verbum inducta, nec quidquam hinc colligendum quoad conjugationem; ad germanicam vertamur. Hic quidem *da* « dare » deest; adest vero *dha* « ponere », quumque utraque radix eandem conjugationem sequi soleat, ut apparet ex graeco $\delta\acute{\iota}\text{-}\delta\omega\text{-}\mu\iota$, $\tau\acute{\iota}\text{-}\theta\eta\text{-}\mu\iota$; ex sanscrito *dā-dā-mi*, *dā-dhā-mi*; ex zendico *dā-d(h)āmi* (dadāmi), *dā-dhā-mi* (dadhāmi); ex slavico **da-d-mi* (*dami* « do »), **de-d-iō* (*dejdo* « pono »); verisimile est ita res se in germanica habuisse, ut radicis *dha* conjugatio amissae radicis *da* conjugationem referat : illa autem eadem est quae latini *dare*, ita ut quoad conjugationem conferre possis : vetus teotiscum *tuo-m*, *tuo-s*, *tuo-t*, *tuo-mēs*, *tuo-t*, *tuo-nt*, cum latino (*do*), *da-s*, *da-t*, *da-mus*, *da-tis*, *da-nt* (De teotisca diphthongo *uo*, v. i. § 34).

Si tandem usque ad sanscritam regredimur, docet nos Indorum grammaticorum princeps Pānini directe conjugari radicem *dā*, hujusque conjugationis veterrimum sanscritae linguae monumentum Rig Veda exempla latinis formis omnino consentanea tradit : *dā-ti*, *da-t*; *dā-tu*, *da-to*; *dā-ta-s*, *da-tu-s*; *dā-tu-m* (infin.), *da-tu-m*¹; quorum exemplorum vis firmatur similibus in radice *dhā* formis, ut : *dhā-ti*, *dhā-s* (ponas), *dhā-t* (ponat), *dhā-ma* (ponamus), *dhā-tu* (ponito), *dhā-tam* (ponite ambo), etc.

Zendica item utramque conjugationem novit, nec modo cum graeca *dā-d(h)āi-ti* ($\delta\acute{\iota}\text{-}\delta\omega\text{-}\sigma\iota$) habet, sed cum latina quoque *dāi-ti* (dat); hinc etiam *dāi-dī*, *dāhvā*, *dā-mā*, *dā-tā*, *dā-tō* (da, demus, date, datus); item in media voce *dāōnhē* (**dā-sē*), *dāi-tē* ($\delta\acute{\iota}\delta\omicron\sigma\alpha\iota$, $\delta\acute{\iota}\delta\omicron\tau\alpha\iota$).

§ 30. Quum igitur primariae conjugationis, quae radicem *da* in latina lingua regit, sint in slavica et germanica indicia, in sanscrita et zendica exempla, concludere et licitum et necessarium est in lingua indo-europaea et hanc conjugationem exstitisse, ita ut radix *da* flecteretur seu primarie, seu reduplicative; quarum conjugationum, hanc postea praevaluisse in sanscrita, zendica,

1. Quoad quantitatem, cf. infra, § 31.

slavica, graeca, et in aliquot italicis dialectis; illam autem, in slavica et in graeca oppressam, in latina solam regnasse, altera oppressa. Ideo autem haec oppressa fuit, quia reduplicationis usus jam non in linguae communi usu erat: neque jam enim intelligit Romanus in *gignit*, *serit*, *bibit*, esse radicem reduplicatam, nec sentit « *si-st-it* » eadem ex materia factum qua « *st-at* ».

Ipsius autem hujus verbi *sta-re* et reduplicatae formae *si-ste-re* exemplum, quid in *dare* acciderit, sinit conjectari: fuit certe in *proto-latina* lingua verbum **didere*, eodem modo formatum quo *si-st-ere* et respondens umbrico *de-d*; quum vero *stare* et *sistere* suam sibi significationem fecissent, potuit vivere utrumque; quum contra **di-do* et *do* unam eandemque rem indicarent, et, ut ita dicam, uno eodemque pabulo viverent, factum est « struggle for life », *de vita certamen*; debuit alterutrum alteri cedere; ea vicit forma quae validius in certamen armata erat, id est quae circum se plures habebat sureulos, e se enatos, quippe quae saepius loquentium labris, audientium auribus occurreret; vincere scilicet debuit forma simplex quam protegebant omnia illa vocabula e radice nuda orta, *da-tor*, *da-tio*, etc. et alia vocali, *do-num*, *do-s*¹, etc.

2° De Vocali.

§ 34. Ad vocalem transeamus. Latina est *ā*, graeca ω, ο.

Hic vero latinam indo-europaeae propiorem stetisse quam graecam statim apparet. Illa enim neque *o* neque *ō* noverat, quae vocales, ut *e* et *é*, tantummodo postquam lingua indo-europaea in duas scissa est, asiaticam et europaeam, ex antiquo *a*, *ā* exortae sunt: erat igitur radix indo-europaea *da*, quam latina, quoad vocalis naturam, non mutatam refert; quae fuerit ejus *a* quantitas, clarum minus: asiaticae enim linguae longam ubique habent: *dā-ti* (dat), *dā-tar* (dator), *dā-na-m* (donum); sunt tamen in Rig Veda formae imperfecti quae radicem *dā* arguunt: *a-dā-m*, *a-da-s*, *a-dā-t*, quarum in locum ex radice *dā* expectandum fuit *a-dā-m*, *a-dā-s*, *a-dā-t*². In europaeis linguis sunt item formae

1. De quibus, vide infra, § 31.

2. Addatur et *da-tra-m* « donum » quod graece sonaret δο-τρο-ν.

plures quae antiquum *ǣ* declarent : hujusmodi sunt in graeca, extra conjugationem, *δό-σι-ς*, *δο-τήρ*, *δο-τό-ς*, *δο-τέος*, in ipsa conjugatione, *δο-ίην*, *δο-ί-μην*, *δό-τω*, *δό-τε*, *δό-ν-ος*, *ἐ-δό-μην*, *δό-μεν-ος*, *δο-θή-σο-μαι* ; huc etiam trahendae reduplicatae formae, quum alternis vicibus ponatur *δι-δω* et *δι-δο* ; prior autem in activo tantum singulari indicativi et imperfecti adhibeatur, altera in caeteris, ita ut appareat in plerisque casibus radicem esse *δο*, id est fuisse olim *dǣ*.

In germanica, quum *da* « dare » desit, tamen *dha* « ponere » indicat exstitisse simul radicem cum vocali *a* et radicem cum vocali *o* ; quum enim vetus teotiscum habeat *tuo-m*, *tuo-s*, *tuo-t*, etc. (§ 29), in quibus *uo* ex antiquo *ó* procedit¹, quod revera exhibet anglo-saxonicum *dó* « facio », *dó-n* « facere » ; *a* remansit in *tá-t* (recentius scriptum *That* « actio »)².

In slavica, sola vocalis *a* apparet ; *da-ti* (dare), *darŭ* (donum), *da-ya-ti* (dare) ; etiam in reduplicata forma **dad-mŭ*, *damŭ* (do) ; sed quae sit vocalis quantitas, incertum.

Latina igitur lingua non una ex europaeis antiquam vocalem *a* servavit, et quoad *quantitatem* non minus fidelis apparet quam quoad *qualitatem* : non enim sanscrita modo vocalum *ǣ* arguit, verum etiam graeca per *o*. Erat in indo-europea radix *dǣ* et radix *dá* ; Asia et Germania *dǣ* expulerunt ; Graecia utramque servavit ; Roma priorem modo in conjugatione.

§ 32. Ex his quae praefati sumus apparet in europaea lingua *da* divisum fuisse in *da* et *do* ; *do* in graeca praevaluisse, *da* in latina : non desunt tamen quae in latina ex radice *do* repetenda sint. Haec sunt in primis : *dó-nu-m* quod repraesentat sanscritum *dá-na-m* ; **dó-ti-s*, *dó-s* quod repraesentat vedicum *dá-ti-s* (munus, oblatio) ; *-dó-t* in *sacer-dó-t*, in quo acutissime deprehendit Bréal veterrimam participii formam, ita ut *sacer-dó-t* nihil aliud sit quam *é-sacra-dans* (Mémoires, II, 194). Quum ita latina exhibeat aut *dǣ* aut *dó*, graeca autem aut *do* aut *dó*, slavica tantummodo *da*, sanscrita *da* aut *dá*, licet hinc concludere :

1. Cf. got. *brôthar*, vetus teot. *bruoder*, hodie *bruder* (Bopp, § 69).

2. Hibernica vetus habet pariter *a* : *dán* « donum » (*ǣ* = *á*, Schleicher § 71).

1° Indo-europaeam habuisse *dǎ* et *dǎ*;

2° Europaeam divisisse vocalem *a* in *a o*, ita ut haberet *dǎ dǎ*, *dǎ dǎ*; unicuique deinde linguae hanc aut illam vocalem electam fuisse: latinae *dǎ dǎ*, graecae *do dǎ*, slavicae *da (dǎ?)*; quibus in formis brevis, quibus longa praeferretur, lingua quaeque ad libitum non stricte decrevit: hinc in latina *dǎ-tor* et *sacer-dǎ-s*; in graeca *δο-τήρ* et *δο-τήρ*; in latina *dǎ-nu-m*; in graeca *δό-σι-ς* et *δό-τι-ς* (ap. Hesychium).

§ 33. In radice *dha* similis divisio facta est: graeca habet tantummodo *e*, brevem aut longam: *θε, θη*; germanica habet *d, é, ó*: *d* in veteri teotisco *tá-t*, *é* in gotico *dé-ds*, *ó* in anglo-saxonico *dó* et in veteri teotisco *tuo-m* ex **tǒ-m* (vide supra); slavica habet *é* in *dé-ti* « ponere », *dé-ya-ti* « facere », *dé-lo* « opus »; habuisse *e* videtur in *dejdǎ* (ex **ded-yǎ*) « pono »; celtica habet *e*: *de-nim* « facio ».

Italica in simplici verbo *fa-c-io*, *fa-ber* habet *fǎ*, servata radicis pura vocali; habuit vero etiam vocalem *e*, *τῶ* graeco *ε* (in *ῥε*) respondentem, habuit scilicet radicem *fe* et in compositis radicem *-de* (§ 24).

Extra conjugationem fuisse et *o* declarare videtur *ab-dǎ-men* quod in « Etymologico linguae latinae Lexico » agnoscit Bréal compositum ex *ab* et *dǎmen*, sanscrito *dhá-man*, ita ut *ab-dǎmen* hoc sit quod retro positum est, ut si dicas *re-pos-ta*, ἀπο-τιθέμενον.

§ 34. Ex hoc capite colligamus:

1° Radicem *da* « dare » occurrere in latina lingua cum vocalibus *a ó*; *a* in conjugatione ¹, *ó* extra conjugationem.

2° Radicem *dha* « ponere » cum vocalibus *a e (o?)*; *a* in radice aucta (fac); *e* in conjugatione, (*o* extra conjugationem) ².

3° In radice *da*, cohaerere latinam linguam, quoad vocalem, cum sanscrita et indo-europaea; in radice *dha* cum graeca et plerisque europaeis.

1. Et in vocabulis quae cum verbo stricte cohaerent (*dator, datio*).

2. In « sacer-dǎ-s » potest esse *dǎ-s* tam « qui facit, disponit » quam « qui dat », id est manare ex *dha*, quam ex *da*.

V.

DE OBSOLETIS FORMIS.

Ad obsoletas formas transeamus : I. *danit* ; II. *duim*.

I.

§ 35. Sunt obsoletae formae *danit*, *danunt*, *danam*, quae thema *dane* (tertii ordinis) arguunt.

Earum formarum haec est ratio, ut radici *da* addatur suffixum *ne* ; ita ut *dā* eodem modo tractetur quo radices *i*, *cer*, *li*, *ple*, *qui*, *si*, *sper*, *ster*, *tem*, unde *prod-i-nunt*, *cer-nunt*, *li-nunt*, *ex-ple-nunt*, *ne-qui-nunt*, *si-nunt*, *sper-nunt*, *ster-nunt*, *tem-nunt* (*Schleicher*, § 293, IV), et eadem ratione dicitur *dant* et *da-nunt*, qua *-ple-nt* et *-ple-nunt*, *e-unt* et *i-nunt*.

Haec autem radici additio consonantis *n* in indicativo praesentis et in temporibus quae inde manant non propria est latinae linguae ; graeca item agit, quum dicat *ἐ-πι-ν-ον* et *ἐ-πι-ον*, *ἐ-κκμ-ν-ον* et *ἐ-κκμ-ον*, *ἐ-δκκ-ν-ον* et *ἐ-δκκ-ον*, *ἐ-τεμ-ν-ον* et *ἐ-τεμ-ον*, etc. ; slavica pariter in *dvig-nō* « moveo » e radice *dvig* (*dvig-ŭ* « movi ») ; gotica in *fraih-n-a* « posco » e radice *frah* (*frah frēhum* « poposci poposcimus »). Omnibus in his exemplis, *n* est reliquum ex antiquiori syllaba *no*, seu *ne*, quae, quum ejus vocalis terminationis vocali elideretur, ad *n* reducta est : indo-europaea forma erat *-na* quae in vedicis formis apparet ut *grih-na-tai* « capitur » aut « capit sibi » (*-natai* = gr. *-νε-ται* in *τέμ-νε-ται*) ; *agrih-na-ta* « capiebatur » aut « capiebat sibi » (*-na-ta* = gr. *-νε-το*, in *ἐτέμ-νετο*).

§ 36. Restat quaerere num latina ipsa lingua propria vi, ac sponte sua, radicem *da-* cum consonanti *n* conjungere aggressa fuerit, an *θέμα da-n* ex antiquioribus temporibus tanquam heredium acceperit.

In graeca, in slavica, in germanica nihil esse videtur quod radicem *da-n* arguat¹. In celtica, radix *de* « ponere » (= *dha*, *δε*

1. Nisi forte huc accensendum graecum *δάνο-ς* quod sit ipsum latini verbi *θέμα*.

« ponere »), conjugatur cum affixo *n*, id est, ut latinum *da-no*; quum autem *da* et *dha* eodem modo flecti soleant, hinc sequi videtur et *da* « dare » ita flecti debuisse.

In sanscrita nihil hujusmodi. Iranicae dialecti non item. Zendica quidem novit modo primariam aut reduplicativam conjugationem, *dâi-ti* aut *da-dhâi-ti*; persica recentior hanc modo (*de-hem* ex *da-dhâ-mi*¹), ambabus radicibus *dâ* « dare » et *dhâ* « ponere » in unum coactis. Armeniaca autem lingua latinae hic proxime accedit. Armeniaca quidem, quanquam ut caeterae iranicae *dh* in *d* attenuat, ambas tamen radices discrevit, quum *d* initio vocabuli in *t* indurare soleat. Hinc *dâ* « dare » fit *ta*, infinitivum *ta-l*. Cujus, quoad praesens conjugationem negligamus, quae non huc pertinet (v. i. § 44): at vero *da* « ponere » ad eum modum flectitur ad quem in latina *da-no* (do); ita ut conferri possit, quoad conjugationem, armeniaca cum latina: quod ex sequenti tabula apparebit:

Armen.	Lat.
<i>d-n-em</i>	* <i>da-n-o</i>
<i>d-n-es</i>	* <i>da-n-is</i>
<i>d-n-ê</i>	<i>da-n-it</i>
<i>d-n-emq</i>	* <i>da-n-imus</i>
<i>d-n-êq</i>	* <i>da-n-itis</i>
<i>d-n-en</i>	<i>da-n-unt</i>

Hanc consonantem *n* in armeniaca, ut in celtica et in latina adventitiam esse ac propriam indicativi, non radicalem, manifesto declarant tempora aoristi quibus, ut fieri debet, evanescit: *e-di*, *e-di-r*, *e-d*, *e-da-q*, *e-di-q*, *e-di-n*².

§ 37. Hinc, si non affirmare, certe conjectari licet hanc cum consonante *n* conjugationem non fuisse a latinis primum ad radicem *da* conversam: obsoletae enim formae non a lingua quae

1. In *deh-em*, *h* non, ut vulgo putatur, *dh* repraesentat; orthographicum est; *d*, inter vocales positum, evanuit; inde vocalium concursus (*de-em*), quae ut separatae ac distinctae maneant, aspirationis signum inseritur (cf. in gallica *tra-hir* pro *tra-ir*, ex *tra-d-ere* **tra-ere*); eodem modo orta sunt *ni-hâden*, id est *ni-âden*, ex **ni-dâden* et *khvâh-em* (volo), id est **khvâ-em* ex **khvâd-em* (rad. *svâd*, *𐬥𐬀*).

2. Petermann, *Grammatica linguae armeniaca*, p. 226.

illas perire sinit inventae sunt, sed ex remotiori tempore manant : hae formae *da-n-o da-n-unt* latina lingua multo antiquiores jure videri debent, ac sine temeritate usque ad indo-europaeas **da-nāmi* **da-nanti*, cum quibus vivebant sororiantes formae **dha-nāmi* **dha-na-nti*, referri possint. Quae themata *da-na*, *dha-na*, thematibus *da dha*, *dadd dadhā*, in plerisque linguis obruta, aliquibus tantummodo indo-europaeae terrae angulis aliquem vitae spiritum servaverunt.

§ 38. Ex hoc et proximo capite colligatur : radicem *da* « dare », quae directe flectatur, flexam fuisse quondam et cum reduplicatione et cum suffixo *n* : quae tres conjugationes jam in indo-europaea lingua radicem *da* regebant. In latina lingua, radix *sta* tres easdem sequitur, ita ut flectatur :

1° Ut *da* primarie : *stā-re*, *stā-mus*, ex antiquioribus **stā-re*, **stā-mus*, quum radix sit *stā* (*stā-tor*, *stā-tio*) ;

2° Cum reduplicatione, ut *da* in italicis (praeter latinam) dialectis : *si-sto* quod respondet umbrico *di-ḍo*, *de-ḍo* ;

3° Cum suffixo *n*, ut *da* : *-stā-n-o* (in *de-stī-no* ; *ob-stī-no*), quod respondet latino *da-n-o*¹.

Quarum unam radicem *da* in vulgari lingua retinuit, quum tres formae *do*, **dido*, *dano* unam eandemque significationem haberent (§ 30) ; vixerunt *sto*, *sisto*, *-stano*, quia unaquaeque suam sibi fecerat, ut vita propria vivere posset. Praeterea radix *de* flectitur cum suffixo *ie* (§ 24).

II.

§ 39. Sunt obsoletae e radice *du* formae : *duim*, *duis*, *duit*, *duint*, *adduit*, *creduis*, *creduit*, *perduit*, *venumduvit*, *reconduit*, *interduo*, *concreduo*, *arduuvitur*².

1. Thema *sta-n-* esse indo-europaeum docent slavicum *sta-n-ō*, *sta-ne-shī*, *sta-ne-tī*, *sta-nō-tī* = *-sta-n-o*, *-stanas* (an *stanis*?) *-stanat* (an *stanit*?), *-stanant* (an *stanunt*?) ; forsan vetus teotiscum *sta-n-da* « *sto* » (quanquam incertum num exstiterit ex **stad* [cf. hibern. *stadaim* « *sto* »] interposita nasali, an ex concursu formae **stad* cum forma **stan*) ; zendicum *fra-ḡta-nv-añti* (Yasht, 10, 20) « in fronte stant » ; osseticum *çiptin*.

2. Bellona, si hodie nobis victoriam *duis*, ast ego tibi templum

Duae sunt res hic considerandae : radix et desinentia.

Quoad desinentiam nihil incerti. In *adduam*, *creduam*, suffixum idem est quod in *legam*, *metuam*, id est subjonctivi in tertia ; *adduam*, *creduam* oriuntur ex verbis *ad-duere*, *cre-duere*, id est ex radice *du*, tertiam conjug. secuta.

In *adduim*, *adduis*, suffixum est *i-m*, *i-s*, *i-t*, idem quod in *s-i-m*, *vel-i-m*, *fax-i-m*, aliisque ; cujus origo plane nota est, quum antea sonuerit *-iē-*, ut apparet ex *s-ie-m*, *s-ie-s*, *s-ie-t*, quod repraesentat optativum $\xi(\sigma)-\iota\eta-\nu$, $\xi(\sigma)-\iota\eta-\varsigma$, $\xi(\sigma)-\iota\eta$: hinc *du-i-m* nihil aliud est, quoad formam, quam graecum $\delta\sigma-\iota\eta-\nu$ ¹. Quoad radicem, num *du* in *du-i-m* idem sit ac $\delta\sigma-$ in $\delta\sigma-\iota\eta-\nu$ magis incertum.

Curtius, non sine dubitatione, subijcit *du* ex *do* attenuatum esse, ut *du-i-m* ex **do-i-m* oriatur. Fick radicem *du* agnoscit jam in indo-europaea lingua a radice *da* separatam.

§ 40. Ante omnia statuamus esse in latina lingua radicem *du* ; quae num latina an *prae-latina* sit postmodo videbimus. Est inquam *latina* radix *du* : neque enim, ut concedatur *duim* ex **doim* oriri, possint eodem modo enucleari *du-ere*, *du-itor*, *du-itur*, quae meram et veram radicem *du* produunt : quam per errorem irrepsisse ex *du-im* nemo contenderit, quum hae sint veterrimae formae et umbrica dialectus consentaneas formas exhibeat ; neque enim reduplicatam modo radicem *did* affert, sed

voveo (Liv. X, 49, 17). — Si qui hominem liberum dolo sciens morti *duit*, paricidas esto (Fest., p. 221). — Si pater filium ter *venunduuit*, filius a patre liber esto (XII tab. IV. 2 ; Schoell, p. 125, 83 sq.). — Si quis magistratus pondera minora majoraque faxit iussitve fieri, dolumve *adduit*, quo ea fiant (Fest., p. 246). — Si qui palmam ambisint histrionibus... sive adeo aediles perfidiose quoi *duint*, sirempse legem iussit esse Iuppiter (Plaut. Amph. Prol., 69). — Nunquam edepol mihi quisquam..... *creduit*, ni ego ero maiori vostra facta denarravero (Pl. Truc., 2. 2. 51). — Dum pereas, nihil *interduo*, aiant vivere (Pl. Capt., 694, ed. Fleck.). — Qui coronam parit ipse pecuniave ejus [honoris] virtutisque ergo, [si] *arduuitur* ei [parentique ejus, se fraude esto] (Tab. X. 7, Schoell.). De his aliisque exemplis, v. Corssen, II, 402, sq.

1. Vult Corssen (l. c.) *duis*, *duit*, etc. esse quoque mera indicativa. Ita fuerit : nihil ad rem de qua hic agimus.

radicem *dov*, unde *pur-dov-itu* (purtuvitu, purtuvetu, purtuvies)¹. Hinc in latina ipsa *assi-duus* ex **assi-dov-us* (ab aere dando). Adeo vera et innata est haec vocalis *u*, ut in *b* per praecedentis consonantis casum indurari queat. Ut enim ex *du-is*, *duellum*, *duellona*, *Duellius*, indurantur *bis*, *bellum*, *bellona*, *Bellius*, ita in hujus *du* radice derivatis. Etenim ex *du-ere* derivandum mihi videtur *du-onus* quod primo, participii more², « eum qui dat » indicavit, hinc *liberalem*, *bonum*³; ex quo *du-onus* ortum est *b-onus*. Hinc etiam *beatus* « dives » : opulentissima et beatissima civitas (Cic.); — ornatus ... hominis non beatissimi suspicionem praeberet (Nepos Ages. 8. 2); *beare* est « donare » : caelo Musa beat (Hor., Od. 4. 8. 29); — Fundet opes, Latiumque beabit divite lingua (Ep. 121. 75); *beare* autem ex adjectivo manat **be-us* = « donatus, qui habet bonum » quod substantivum **bē-s* praeponit, ut *reus*, *res* (Corssen, II, 341); **bē-s* autem **dvē-s* praeponit quod eadem ratione ex *du* oritur qua *di-ē-s* ex radice *di* « splendere » (sser. *dy-ā-* in accusativo *dyā-m* « coelum », ex radice *di*; cf. Havet, *Mémoires*, II, 177, sq.).

Est igitur radix *du*, et illa quidem, non latina modo, sed et umbrica. In umbrico *dov*, *o* est vocalis eadem quae, in latino *douc-o*, radicis *duc* (dūc-em) vocalem firmat, in graeco λού-ω radicis *lu* (-lu-o) vocalem. Hanc eandem vocalem delitere in ipsis latinis formis, *duo*, *duit*, caeterisque, nec affirmari nec negari potest, quum quantitas incerta sit; adesse tamen conjectari licet ex orthographia *ar-duu-itur*, sive reduplicatione vocalis longa denuntiatur,

1. Tases persnimo totum. Surur *purdovitu* proseseto (VI, a. 55, sq.). « Tacitus precator totum. Tunc porricito prosecta » (Bréal, 99, 384, s. v.). *Dov* flectitur ad quartum ordinem, unde contrahendo : *purditum* purtutu *purdita* purtitaf purtius *purdinçust*.

2. Suffixo *-ono-* quod occurrit feminina forma in *dx-ónη* (quod acuit), in *áyχ-ónη* (quod angit); idem est suffixum quod format participia in priori germanicarum linguarum conjugatione (ex. g. goticum *bur-ana-*, teotiscum recentius *ge-bor-en*); in sanscrita fit solita productione *-āna* quod format participia in posteriori conjugatione, quae priori germanicae respondet.

3. Vina *bonus* quae deinde cadis onerarat Acestes : *bonus* est revera a **duendo*, dando.

ita ut sonet *ar-dūitur* (quod ex **ardov-itur* oriatur, ut *dūco* ex *dou-co*), seu prior *u* ipsum *o* syllabae *dov* representat.

§ 41. Discernendam hic etiam duplicem radicem *du* dare, *du* ponere, facile intelligitur : reputetur modo *creduo*.

§ 42. Haec radix *du* non modo ad normam tertiae conjugationis flectitur, sed et quartae : huc enim retuleris verbum *-dire* in *condire*, *reddire* (Lucretius, 4. 763), *audire*¹, ex **du-ire* contractum, ut umbricum *purditum* ex **purdovitum*²; huc pariter umbricum *dia*³ ex **du-ia* (ut *purtius* ex **purtuius*).

§ 43. Restat quaerere num radix *du* « dare » et radix *du* « ponere » extra Italiam appareant.

Quod ad *du* « dare » pertinet, nullum hujusmodi graeca lingua vestigium habet : dialectus cyprica hic etiam communi dialecto ditior (Curtius, Sl., VII, 244, 248) : *e-y-v(e)-re-ta-sa-ty* | *pa-si-le-y-s(e)-* | *ka-s(e)* | *a-p(o)-to-li-s(e)-* | *o-na-si-lo-i-* | *ka-s(e)* | *to-i-s(e)-* | *ka-si-k(e)-ne-to-i-s(e)-* | *a-ti-to-mi-s(i)-to-n(e)-* | *ka-a-ti-* | *ta-y-ke-ro-n(e)-* | *to-ve-na-i-* | *e-x(e)-to-i-* | *vo-i-ko-i-* | *to-i-pa-si-le-vo-s(e)-* | *ka-s(e)-c-x(e)-ta-i-p(o)-to-li-ji-* | *a-r(a)-ky-ro-* | FIF | *e-ty-va-no-i-je* | *a-ti-to-* | *a-r(a)-ky-ro-n(e)-* | *to-te-* | *to-ta-la-to-n(e)-* | *pa-si-le-y-s(e)-* | *ka-s(e)-* | *a-p(o)-to-li-s(e)-* | *o-na-si-lo-i-* | *ka-s(e)-* | *to-i-s(e)-* | *ka-si-k(e)-ne-to-i-s(e)-* | *a-py-ta-i-* | *za-i-* | *ta-i-pa-si-le-vo-s(e)-* : ἐν Ἑρητάσῳ βασιλεὺς καὶ ἁ πτόλις Ὀνασίλω καὶ τοῖς κασιγνήτοις ἀ(ν)τί τῷ μισθῶν καὶ ἀ(ν)τί... (?) δοῦναι ἐξ τῷ Φοίῳ τῷ βασιλέϊ καὶ ἐξ τῆς πτόλις ἀργύρων ἰά τα (?) ἡδὺ φανοίῃ ἀ(ν)τί τῷ ἀργύρων τῷ(ν)δε τῷ(ν) ταλά(ν)των βασιλεὺς καὶ ἁ πτόλις Ὀνασίλω καὶ τοῖς κασιγνήτοις ἀπὸ τῆς ζῆς τῆς βασιλέϊ... « pepigit rex et civitas Onasilo et ejusfratribus pro praemio et pro (?) dare (se duros) ex domo regia et ex civitate argenti undecim (?) talenta, vel daret pro illis argenti talentis rex et civitas Onasilo et fratri-

1. Quod elegantissime docet Bréal ex *aus-dire* contractum, quum *aus* sit thema unde *auris* (ausis), gr. οὖς, got. *aus-o*, slav. *ucho* (**us-o*), *audire* igitur nihil aliud sit quam « in aure ponere » aut ut ipsi Latini dicunt *aus-cultare* « in aure celare » ; cf. horatianum *auriculæ instillare*.

2. *Purditum fust* « polluctum fuerit » (I a 34; VII a 45; Bréal, 155). — Cf. in latina ipsa *cliens inciens* ex **clu-iens* **incuens*.

3. VI a 20 : *Cehest dia surur verisco Tesonocir, surur verisco Vehieir* « ita des et ad portam Tesenacam et ad portam Vehiam » (Bréal, 62).

bus ex terra regia...» Quod vidimus supra (p. 16 n. 4) expressum per δωροῖη (sser. *dāçayel), hic redditur per δωφανοῖη, verbum scilicet denominativum quod substantivum *δωF-ανο-ν « donum, munus », et inde radicem δω « dare » arguit, unde eodem modo informatur quo στεγ-ανό-ς, ex στεγ, ἄγ-ανο-ς ex ἄγ-¹.

Ab hoc *δωF-ανο-ν per genus tantummodo et radicis firmationem differt lituanicum *dov-anà* donum. *Dovanà* autem cohaeret cum radice *du* quae in lituanica lingua radicem *da* omnino oppressit (si exceperis *do-snūs* « liberalis » in quo *do* = gr. δω; Schleicher, § 97); unde *dū-ti* « dare » (in quo, quum *ū* ex *u* oriri soleat firmato per *a* aut per *o*, *dū* = *dov-* in latino **dov-ere*); *dav-iaú* « dedi »; vocalis *u* etiam in reduplicationem transiit, unde: *dūmi* (**dūd-mi*), *dūd-i*, *dūsti* (**dūd-ti*), etc. (Schleicher, Gram., 253).

Quoad radicem *du* « ponere », Fick comparat in graeca lingua *ἑδ-ανο-ς*, laconicum pro *ἑαF-ανο-ς* « sedes » (cf. *ἑδωκος*, in Odyss., 3. 26), unde *ἑάσσω* (ex *ἑαFαx-jw* (Il., I. 493; O. 424; Od., I. 336) « sedere ». In caetera graeca, in slavica, in celtica sonat radix *de* (τί-θη-μι; *dē-ya-mi*, *dē-ti*); item in lituanica: infin. *dē-ti* (quod est slavicum *dē-ti*, indic. *dēmi* (**dedmi*) aut (recentius) *ded-ū*, etc.; sed in compositione confluit omnino cum radice *du* dare, quod indicare videtur radicem *da* (dha) « facere » duplicem olim formam induisse, *de* quae ab *du* « dare » per vocalem discernebatur, *du* quae cum illo congruebat. Ita quum imperfectum informetur eodem modo quo praeteritum infirmum in germanica, fit in imperfecto ex radice *suk* « torquere » *sùk-dav-au*, *sùk-dav-ai*, *-dav-ô*, etc. (Schleicher, § 306. 4) ².

1. *δωF-ανο-ν* congruit omnino forma cum germanicis sanscritisque participiis supra citatis (p. 28 n. 2); ita cum *du-onu-s* congruit ut ipsum sit passivum et rem indicet, *duonus* activum et personam indicet.

2. Ad radicem *dhu* referre goticum *tau-jan* (pr. *tau-ida*) « facere », vetat substitutionis lex, quae vult **dau-jan*, nisi forte antiquum *dh*, in hoc certe vocabulo, in *d* attenuatum fuerit priusquam antiquum *d* induraretur, ita ut simul exstiterint olim **dau-jan* « dare », et **dhau-jan* « facere », unde postea **dau-jan* « dare » et **dau-jan* « facere », deinde *tau-jan*. Quum vero in verbo *dau-jan* nihil sensum « dandi » prodat, difficile concedetur *tau-jan* ex confusione duarum radicum ortum quarum altera formam dederit, altera sensum.

Congruunt igitur latinum *du-o*, ombricum *pur-dov-itu*; cypri-
cum *δουF-αυοιη*; lituanicum *dov-anà* in europaeam radicem *du*
« dare »; congruunt latinum *cre-du-am*; laconicum *θαδ-αυος*;
graecum *θδ-αυος*, *θα-δστω*; lituanicum *-dav-au* in europaeam
radicem *dhu* « ponere ».

§ 44. Quae radices *du* et *dhu* non europaeae modo, sed et asia-
ticae, ita ut sint indo-europaeae.

Quoad radicem *du*, non huc cum Fick traxerim vedicum *dura-s*,
quod Sâyana quidem vertit *dâtâr* « dator », falso vero, ut lucu-
lentissime demonstravit A. Bergaigne (*Revue critique* IX, 2, 373
n. 3), huc vero, cum Grassmann (vedicum lexicum), *dûvas*
« donum », unde *duvas-yati* « donat »; radix ipsa *dû* sub-
stantive adhibetur : *santi kanveshu vas duvas* (Rig., V, 37.
14) « sunt apud gentem Kanvi vestra munera »; hinc *adû*,
δ-δωρος.

Exspectatae radicis *dhu* in sanscrita nullum vestigium apparet.
Huc tamen trahendum sit forsân vocabulum nondum enucleatum :
vidhavâ, latine *vidua* (ex **vidova*), slavice *vîdova*, goticum
viduvô, ita ut *vidhavâ* sit **ἀπό-θετο-ς*, « ea quae separata est ».

Zendica utramque radicem habet in unum redactam, *du* « dare,
ponere ». Utriusque infinitivum *dāvōi* : *maibyô dāvōi ahvâo*
açtataçdâ hyatcâ manâhō (Yagna, 28. 2); « mihi τῷ διδόναι
mundi corporalis et (mundi) qui spiritûs » id est « ut mihi detur
mundus corporis et mundus spiritûs ». *Yām khsnûtem dâo thwâ*
athrâ... aibi dakhstem dāvōi (50. 9; cf. 43. 44); « quod στήματα
ponis tuo igne..... τῷ ἐπι-τιθέναι notam »; *duyê* (47. 7) huc jure
referri non mihi videtur; incertum *daduyê* (43. 13), in quo *u*
possit esse suffixum radici *da-d*, ut in *viduye vivîduyê* ex *vid. du*
« ponere » exhibet tertiam pluralem aoristi in *dûm* (pro *dûn*, ut
ashdûm, *âthraom*, *yûm*, *thrîzafem*, *khshnûm* pro *ashâun*, *âthraon*,
yûn (yavan), *thrîzafen*, *khshnûn*): *nû im vîçpâ cithrê mazdâonhō*
dûm (it. 44. 4.) « nunc quidem omnia manifesta Omni-scientes
fecerunt ».

Cujus aoristi quum zendica unam personam habeat, iranica
alia, armeniaca, specimen integrum exhibet. Verbum scilicet *ta-l*
« dare » ex radice *ta* quae indo-europeae *da* respondet ambas
radices *da* et *du* in conjugatione habet, radice *du* (*tu*) aoristo
reservata :

Indicat. praes. *ta-m, ta-s, ta-y, ta-mq, ta-yq, ta-n*; Aoristum II. *e-tou, e-tou-r, e-t, e-tou-ag, e-tou-q, e-tou-n* (zend. *dû-m*).

Eadem radice Aoristum II passive flectitur: *tov-ay, tov-ar, tov-av, tov-aq, tov-ayq, tov-an*; hinc etiam participia aoristi *tov-eal, tov-ogh*¹.

§ 45. Ita radix illa italica *du* « do, pono », est lituanica, est sanscrita, est zendica, est *indo-europaea*, nec Latini hanc informaverunt sed ab arianis majoribus acceperunt. Erat in indo-europaea lingua juxta radicem *da*, radix *du*; erat etiam juxta radicem *dha* radix *dhu*: unde ortae sint hae radices *du, dhu*, num *u* ex *a* obscuratum; an *u* sit conjugationis suffixum², quo radicalis *a* elisa fuerit; an potius contractum ex *a-v*, quum ex *da dha* manaverint vocabula *da-va, dha-va*, unde derivatae radices *da-v, dha-v* quae modo maneant integrae (umbricum *pur-dor-itu*), modo contrahantur (*du-im*), nec dicere ausim nec quaerere velim. Id enim est τῆς φιλολογίας propositum indo-europaeam

1. Petermann, *Gramm. ling. armen.*, p. 236. — Subjicio Fickianas tabulas; ad *du* « dare »:

« 2. *du* geben aus dà: vgl. ssk. *du-ra* spendend, z. *du* geben, inf. « *daduyê, dâvôi* gieb; alt. l. *du-am, du-int*, f. *ad-dues*; imp. *du-itor*; « lit. *dû-mi* gebe, *dovanà* gabe ». Tollatur *du-ra, daduyê*; addatur ssk. *dû, duvas, duvasy-, adû*; cyp. *δῦF-ανοῖη*; lat. *du-onus, b-eatus, assi-du-us, -dire*; umb. *pur-dov-itu*.

Ad *dhu* « ponere »:

dhu Nebenform zu 1 *dha* setzen:

« z. *du* neb. zu dà = ssk. *dhà* thun, setzen; inf. *dâvôi dûyê, θάβ-ακος* m. lak. für *ῥαF-ακος = ῥόωκος = ῥᾱκος* Sitzt, davon *ῥάσσω* « ῥάσσω f. *ῥαFακω*; as. *du-an*, ags. *dō-n*; alth. *tu-an*, thun machen.

Tollatur z. *dûyê*, ags. *dōn* (quod huc errore irrepsit, quum ipse Fick illud etiam in tabellam *dhâ*, huc quidem jure, retulerit); *tu-an* quod rectius scripseris *tua-n*, Otfriidianum pro *tuo-n* (? cf. Heyne, *Gramm. der altg. Sprachstämme*, § 9. 4). Addatur indo-europaeum *vi-dhav-â*; z. *dû-m*; armen. aorist. II *e-tou*, etc.; lit. *-dav-au*. (Hae tabulae sumptae sunt ex priori editione indo-germanici lexici; in posteriori, auctor suppressit radicem *dhu*; ad radicem *du* (p. 95) adjecit slavicum *dav-ayō dav-iti* « dare »; sed in graeco-latino lexico, sub radice *do*, refert *du-im* ad graecum *δοῖν* (p. 455); quod mirum satis, quum in indo-europaeo illud a radice *du* derivet).

2. Ut in *kar-au-mi* ex themate *kar-u*.

linguam restituere qualis erat eo momento temporis quo populus arianus divisus est : huc usque duces habes, linguas scilicet quae hinc descenderunt ; altius si repelas, in deserto solus eris.

Notari tamen potest *da* et *dha* non solas esse in *a* radices quibus adsit comes radix in *u*. Idem de radice *sta* constat.

Etenim in latina, *re-stau-rare* (id est *stabilem* rursus facere) ; in graeca, στεῦ-μαι, στύ-λο-ς, σταυ-ρόω ; in lituanica *stov-ėti* (stare), *stū-men* (id est **stau-men* « statura ») ; in slavica *stav-iti* « statuere » ; in sanscrita *sthū-ṇa* (columna), *sthav-ira* (= lat. *stau-rus* ; unde comparativo *sthav-īyans*, superl. *sthav-ishṭha*) « solidus », *sthūra* (id.) ; in zendica *clav-in* « solidus » (Justi Handbuch s. čtūi) una conspirant ad declarandum fuisse in indo-europaea lingua radicem *stu*, ejusdem sensus cujus *stă*.

Nostra disquisitio sic colligi potest : verbum *dare* manat ex radice indo-europea *dă*, quae in italica lingua triplici modo conjugatur : 1° directe : *dă-mus*, vocali *a* attenuata in *e* in compositis (*ad-dere*, **ad-demus*, *ad-dimus*) ; 2° cum augmento *ne* : *danunt* ; 3° reduplicative : *did* (§ 26). Haec radix in quibusdam nominibus fit *dô* (dōnum) quod repraesentat indo-europaeum *dă*, gr. δῶ.

Aderat juxta radicem *da* jam in indo-europaea lingua radix *du*, quae conjugatur triplici modo : 1° directe : *du-im* ; 2° ad tertium ordinem : *du-ere* ; 3° ad quartum : *pur-tov-itu*, **du-ire*, *-dire*.

In compositis coaluit in unum cum *da* (olim *dha*), quae in simplici verbo conjugata sonat : 1° *fa* (*fa-c-io*) ; 2° *fe* (umb. *fe-i-tu*, **fe-io*, *fio*) ; in compositis sonat *-de* quod coaluit cum *-de* ex *-da* attenuato.

Aderat juxta *dha*, radix indo-europaea *dhu* quae in latina lingua cum *du* coaluit.

Quae in hac tabella exprimentur :

{	<i>da da-mus</i>	(fa, fe) facio ; fe-itu
{	<i>-de ad-dere</i>	-de cre-dere
	<i>da-n da-n-unt</i>	
	<i>di-d dirs-a</i>	
	<i>dô do-nu-m</i>	
	<i>du du-im.</i>	-du cre-du-am, con-dire.

Vidi ac perlegi
Lutetiae Parisiorum in Sorbona,
a. d. III nonas nov., anno M. DCCC. LXXVI.

Facultatis Litterarum parisiensis Decanus,
H. WALLON.

Typis mandetur,
Academiae parisiensis Rector,
A. MOURIER.

DU MÊME AUTEUR

HAURVATAT ET AMERETAT, essai sur la mythologie de l'Avesta,
un vol. in-8°, 4875 (*Ouvrage couronné par l'Académie des Ins-
criptions et Belles-Lettres*).

ORMAZD ET AHRIMAN, leurs origines et leur histoire, un vol.
in-8°, 4876.













